



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

132 De Hiërarchia Syntagmation Auctoris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

*Comment. in c. cum vniuersorum. de rer. perm. 79*  
struatur; facultatibus naturalibus ad hoc mi-  
nimè sufficientibus. Ad quæ duo rerum gene-  
ra per consequens refertur vniuersum hoc ius  
Pontificium seu ecclesiasticum, siue de Conci-  
liis & Patrū sententiis à Pōtifice probatis que-  
ratur siue de solorū Pontificū Constitutioni-  
bus. Hinc in toto Cōcilio Trident. nihil aliud  
quàm nunc fides catholica per Canones adse-  
ritur, nunc mores per Capitula reformantur.  
Quorum alterum est pastionis, τὸ βόσκον; alte-  
rum est curæ seu regiminis, τὸ ποιμαίνον; idque  
siue de tenellis adhuc & catechesi indigētibus  
agatur, qui sunt instar agnellorum, siue de pro-  
uectioribus atque perfectioribus qui pleni-  
oribus imbuuntur mysteriis & instar ouium pa-  
scuntur grandiorum. Sed hæc obiter quidem  
at minimè importunè contra lupos dicta sunt  
hæreticos & schismaticos qui summum om-  
nium Christianorum in terris Pastorem Pe-  
trum eiusque successorem indubitatum Pon-  
tificem Romanum non agnoscunt, & agnellis  
ac ouibus Christi hoc est vniuerso gregi domi-  
nico perfidè, furibundè, crudeliter, insidiatur;  
vt ouiculas ab ouili separatas & à vero suo pa-  
store seductas atque diuulsas immaniter ma-  
stent deuorent atque deglutiant & in gehēnæ  
tandem æternæ barathrum præcipitent. Cete-  
rum de Hiërarchia nos in Antiquitatibus no-  
stris ecclesiasticis peculiare dedimus inter alia  
Syntagma ubi plenius hanc rem demon-  
strauimus, vt & in Syntagmate de Prouoca-  
tione; quò nunc studiosos remittimus, vt ad  
alia

130  
Canones &  
Capitula.

131  
Quinā agnel-  
li, quoniam  
oues.

132  
De Hiërar-  
chia Synta-  
gmatum An-  
tioris.

alia magis forensia quæstionum genera pergamus.

133  
Procurator  
ad permutã-  
da beneficia.

Ait Pont. *Intelleximus G. canonico referente.*

Quærit huius relationis personalis occasione Collectarius noster, Gaufredus nempe, nunquid Procurator simpliciter, constitui possit ad permutandum beneficium cum alio? causa dubitandi fuit quod Procurator nemo cõstitui possit nisi ad ea quæ dominus ipse facere possit c. vlt. s. de dilat. atqui nemo per sese potest simpliciter permutare beneficium suum ecclesiasticum cum alio, sed superioris accedere debet auctoritas; vt præter alia plurima loca hoc etiam nostro capit. & capit. præcedenti constitutum videmus. Concludit itaque Gaufredus hic nu. 1. Procuratorem ita quidẽ constitui non posse; sed nihil obstare quo minus (quod est in praxi quotidianum) constituatur procurator ad resignandum beneficiũ ex causa permutationis in manu superioris id est Episcopi cum hac adiecta conditione si eidem Episcopo placeat resignationem sic acceptare: quia nec aliter vel permutare vel resignare potest ipsemet dominus id est beneficij possessor qui permutationem fieri desiderat. Grauioris est quæstionis à Federico Senensi non ineleganter motæ in tractatu suo de permutatione beneficiorum quæst. 37. an vnus idemque possit esse Procurator vtriusque permutantis: ac respondet, ita sese credere, nimirum posse; atque ita in praxi obseruari. nec enim nouum quid esse vt vnus idemq; vicẽ gerat plurium; vt sit

134  
An vnus i-  
demq; possit  
esse Procura-  
tor vtriusq;  
permutantis.